



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Quæstio 8. An teneatur confessarius se conformare opinioni Regularis
exigentis absolutionem à reservatis virtute Cruciatae?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

Sacerdoti, validdè absolvitur (quòd ad eò certum est, ut Suarez supra n. 10. asserat, oppositum esse falsum, & improbabile) ergo qui ignorans obligationem confitendi alteri Sacerdoti, confitetur casum reservatum non habenti jurisdictionem, validdè etiam absolvetur, si bona fide peccata alia non reservata subiciat.

3. Confirmatur, quia sicut aliqua lethalia sunt reservata superiori, sic omnia mortalia sunt reservata Sacerdoti approbato ab Ordinario: sed qui simul cum venialibus confitetur bona fide mortalia simplici Sacerdoti, validdè absolvitur: ergo qui simul cum reservatis confitetur aliqua non reservata non habenti jurisdictionem, validdè etiam absolvetur. Discursus est legitimus. Minor, in qua est difficultas, traditur expressè à Leandro disp. 11. q. 14. pro qua citat P. Suarez disp. 31. sect. 2. n. 8. P. Fagundes lib. 1. Decalogi cap. 16. n. 12. & Trullenchi ibidem cap. 3. dub. 7. Probatur ex doctrina P. Sanch. in Sum. lib. 2. c. 13. n. 15. & expressius lib. 1. c. 9. n. 55. Ubi sic inquit. * Quoniam in confessionibus semper quisquam facit aliqua venialia cum mortalibus, & quilibet Sacerdos certam in venialia jurisdictionem habeat; ideo cum poenitens non ponat obicem, & sit certa jurisdictionis valor. * Eandem sententiam tenent Joannes Santius in selectis disp. 44. n. 4. Diana 1. p. tract. 13. resol. 1. & Lugo disp. 19. n. 28. aliter, illam tenere Bonacinam, Granad. Castro Palao, Turrian. Lessium, Malderum, & alios, qui ex hoc fundamento efficaciter probant, Sacerdotem posse licet, & validdè absolvere à mortalibus, quoties fuerit opinio probabilis circa jurisdictionem in mortalia, quia si poenitens venialia simul confiteatur, omnino certus erit confessionis valor; ergo si poenitens simul cum reservatis confiteatur alia, in qua Sacerdos certam jurisdictionem habet, licet nullam habeat in reservata, absolutio erit valida.

4. Adde, juxta præfatam doctrinam non solum fore validam absolutionem, quando Sacerdos ex ignorantia invincibili judicaret, habere jurisdictionem, sed etiam quando ex malicia absolutionem impenderet. Ratio est, quia totus Sacramenti valor subsistit ratione jurisdictionis certæ in peccata venialia; hæc autem non tollitur per notitiam confessarii circa defectum jurisdictionis in mortalia: ergo accedente bona fide poenitentis, cui mala Sacerdotis fides obstat non potest, valida erit absolutio à mortalibus, etiam si à simplici Sacerdote collata. Ita in terminis P. Suarez disp. 26. sect. 6. num. 9. & P. Præpositi, ubi supra. Quibus non dissentiet Egidius disp. 8. dub. 13. n. 103. in fine.

5. Assero secundo, contra Præpositum, ex ejus principiis deduci, non esse obligandum poenitentem ad iterum comparandum, licet postea cognoscatur, defectum jurisdictionis intervenisse: quòd ipse negat, & merito. Sequela probatur: quia in principiis hujus Doctoris absolvitur directè à casibus reservatis à Sacerdote jurisdictionem habente, ex concessione Ecclesiæ pro illis circumstantiis. Ergo nullum manet onus comparandi. Consequentiam probò à paritate; nam confessio facta coram Sacerdote absolvante, ex opinione tantum probabilis jurisdictionis, non est iteranda, licet poenitens postea cognoscatur, confessarium, re ipsa, aliunde non habuisse jurisdictionem. Cujus ratio est secundum jurisdictionem, quam in tali casu, Ecclesiæ supplet jurisdictionem, quam confessarius re ipsa non habebat: sicut supplet, quando est error communis. Ita Suarez, Sanchez, Henriquez, Lessius, Egidius, Poncius, Villa-

lobos, Vazquez, Sanctius, Salas, & alii, quos citat, & sequitur Diana 3. par. tract. 2. resol. 3. Bossius tom. 1. de Conscient. nu. 384. & Leander disp. 5. quæst. 83. Sed, juxta principia Patris Præpositi, poenitens in nostro casu absolvitur directè à reservatis à Sacerdote jurisdictionem habente pro his circumstantiis, ex concessione Ecclesiæ: ergo licet postea certò cognoscatur, talem Sacerdotem aliunde non habuisse jurisdictionem, non tenebitur ad iterum comparandum coram superiore. Patet consequentia, quia nullum aliud intervenit votum, juramentum, seu pactum: sed hoc est contra omnes Theologos: ergo opinio P. Præpositi non sibi constat. Propter hæc.

6. Assero tertio: si poenitens sola reservata confiteatur Sacerdoti non habenti jurisdictionem, absolutio erit nulla. Fundamentum est, quia nulla alia materia subijcta, idem est, nil posse in reservata, ac nil posse in personam casus reservatos habentem, cum nulla detur materia, circa quam confessarius jurisdictionem habeat, & ratione ejus, reliqua indirectè remittantur. Hanc sententiam supponunt Suarez, & Lugo supra, & Sanchez in Sum. lib. 2. cap. 8. à nu. 5. Et probatur, quia licet error communis tribuat jurisdictionem, ut cum Diana 3. p. tract. 4. resol. 122. & cum Molfessio, & Poncio, tradit Thom. Hurtado tom. 2. resol. mor. tract. 12. num. 2018. non tamen error particularis unius, vel alterius, sicut contra, scientia privata poenitentis de defectu jurisdictionis confessarii non obstat, ut ab eo absolvatur, si alias sit error communis circa jurisdictionem, ut ex Sanchez, Bonacina, & aliis notat Leander disp. 5. quæst. 79. dummodo inducendo confessarium, non peccet mortaliter, quòd continget, quoties confessarius non delinquit graviter in administratione Sacramenti. Ratio est, quia si bona fides, licet privata, poenitentis, facere posset, quòd Ecclesiæ jurisdictionem conferret, nulla absolutio ex defectu jurisdictionis invalida foret. Ex quo sequeretur, simplicem Sacerdotem posse etiam validdè absolvere à mortalibus, licet nulla alia adhiberetur materia, Quòd nullatenus sustineri potest.

QVÆSTIO VIII.

Anteneatur confessarius se conformare opinioni Regularis exigentis absolutionem à reservatis virtute Cruciatæ?

1. **R**atio difficultandi sumitur ex pluribus declarationibus Pontificum, quibus clausulam Cruciatæ, in qua omnibus Christianis fidelibus conceditur facultas eligendi confessarium pro absolutione reservatorum, explicuerunt, seu limitaverunt, declarantes suæ mentis non esse Regulares quoad hunc articulum comprehendere. Inter alias, duæ extant novissimæ: Alia Clementis VIII. alia Urbani VIII. ille etenim constitutione perpetuò valitura declaravit: Facultatem, & concessionem sanctæ Cruciatæ, aliorumque indulgentiarum, quantum ad prædictum articulum eligendi confessarium, & absolvendi à casibus reservatis, non habere locum cum fratribus, & sororibus quorumcumque Ordinum, &c. Et Clementis vestigiis insistens Urbanus, die 19. Junii, anno 1630. in Bulla, quæ incipit: Innovatio constitutionis felicis

licis recordationis Clementis Papa VIII. Post memoratam prædictam constitutionem, ait: Nihilominus sicut nobis non sine animi molestia innotuit, nonnulli Ordinis Prædicatorum, prætextu eiusdem sanctæ Cruciatæ, Confessarium huiusmodi, qui eos, ut præfertur (nimirum à reſervatis) absolvat, eligere posse pretendunt. Nos præmissis obviare volentes, præfata Clementis declarationi inherentes, illamque tenore præsentium innovantes, ac quatenus opus sit ampliantes, motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolica potestatis plenitudine, perpetuo declaramus, concessionem sanctæ Cruciatæ, aliorumque indultorum quantum ad prædictum articulum eligendi Confessarium, & absolvendi à casibus reſervatis, etiam in Bulla Cæna Domini contentis, cum Fratribus, & Monialibus quorumcumque Ordinum, locum minime habuisse, nec habere, nec illis ullo modo suffragari potuisse, neque posse.

2. Hæc Pontificum decreta, si bene expendantur, planè convincunt, per Bullam Cruciatæ non concedi Regularibus privilegium ad eligendum Confessarium pro absolutione reſervatorum: & consequenter non posse ejus virtute absolutionem exigere, nec Confessarium eos absolvere.

3. Nihilominus, quia his decretis, & constitutionibus non obstantibus, extant adhuc opiniones circa usum Cruciatæ pro Regularibus, quoad articulum eligendi Confessarium, posset aliquis pro parte affirmativa Regularibus favere, sic arguere. Confessarius, semel audita confessione, teneatur se conformare opinioni pœnitentis, licet ipse fallam, & improbabilem existimet, dummodo inter Doctores probatæ auctoritatis probabilis reputetur (ut docent Sotus, & Valentia, quos refert, & sequitur Thomas Sanchez in Sum. lib. 1. c. 9. n. 30. Joannes Sanctius in Select. disp. 44. n. 31. & 35. Diana 2. p. tract. 13. resol. 11. & cum Henriquez, Basso, Candido, & alius Machado tom. 1. disp. pract. artic. 6. & Marcado de controvers. cap. 15. addens, debere se illi conformare, si opinio pœnitentis non sit error; quæ quidem obligatio adeo stricta est, ut sub mortali teneatur, si de mortalibus fuerit confessio, ut existimant Joannes Sanchez disp. 33. n. 54. Thomas Sanchez supra num. 24. Diana supra resol. 11. & ex Suarez, Lugo disp. 22. sect. 2. num. 48. Tamburinus in Methodo expedit. Confess. lib. 3. cap. 9. §. 1. num. 3. & 4. contra Vazquez, Montefinos, & Salas, apud Dianam existimantes, sub veniali tantum teneari. Sed opinio pœnitentis regularis circa usum Cruciatæ pro absolutione reſervatorum reputatur probabilis inter Doctores probatæ auctoritatis: ergo licet Confessarius fallam, & improbabilem existimet, tenebitur se illi conformare, & absolutionem impendere.

4. Vidit fortasse Lugo discursus difficultatem, quare ad illam fugiendam statuit doctrinam communem asserentem, Confessarium debere se conformare opinioni pœnitentis, non habere locum, quando opinio versatur circa jurisdictionem, quia jam non agitur de permittenda pœnitenti sua opinione, sed de amplectenda illa in operatione propria, quod facere non potest, nisi judicet, esse probabilem. Hunc dicendi modum desumpsit ex Valentia 2. 2. disp. 5. quest. 7. punct. 4. in fine, & ex Thoma Sanchez supra num. 3. Ilumque amplectitur Sanctius in Selectis, nam licet disp. 44. nu. 35. §. Qualiter. Existimet, questionem esse de nomine, an sit dicendus Confessarius permittere opinionem pœnitentis; an verò eam sequi: quia permittere nil aliud videtur esse, quam illam sequi perper principia extrinseca. Nihilominus eadem disp. num. 10. §. Sed valde notandum, asserit,

quod licet communis doctrina defendat, Confessarium teneri sequi opinionem pœnitentis, tamen verum non est, quando ob id non absolvitur stram in terminis attingens, ait: Ex quo deducitur, confectum non esse Confessarium sententiam illam Cruciatæ non prodesse Regularibus, confectum excipere Regularis, oppositam sententiam plenæ. Quem sequitur Pontius de Matr. 4. cap. 25. Castro Palao tom. 1. tract. 1. disp. 2. punct. 4. & Verricelli tom. 1. q. mor. tract. 2. quest. 23. Et non licere uti jurisdictione probabilis, sed certa, multis suadent Marchantius, Oviedo, & Balla, apud Dianam p. 9. tract. 7. resol. 59.

5. Verum hæc doctrina difficultate non caret, quia inter Doctores asserentes, Confessarium teneri sequi opinionem pœnitentis, si ab alio Doctoribus probabilis reputetur, Vazquez 2. 2. tom. 1. disp. 62. cap. 7. exemplum addibet in caso, quo opinio pœnitentis circa confessorii jurisdictionem versatur. Ut si Confessarius, inquit, existimet, talium casum reſervatum contra verò pœnitentem oppositum cum alio Doctoribus probabiliter censet. Quapropter in quoque casu teneri confessorium se conformare opinioni pœnitentis, tradit cum Vazquez Oviedo 1. 2. tract. 5. controver. 3. punct. 6. num. 73. & 74. & nulla addit limitatione id teneat apud ipsum, Suarez, Salas, Azor, Bonacina, Egidius, Torres, Sayrus, Illius, deus, Montefinos, Granado, & alii.

6. Secundo, quia licitum est sequi, & amplecti, in operatione propria opinionem, quam per principia intrinseca judicat confessorius improbabilem fallam, si tamen per principia extrinseca probabilis sit, ut tradunt ipsemet Lugo disp. 25. de pœnit. sect. 6. num. 109. & ex Vazquez, Lessio, Salas, Egidio, & Sayro, Joannes Sanchez in Selectis, disp. 44. n. 7. quibus consonant Machado supra cum Dodonatus, quos citat. Quo fundamento nunc obligam confessorium ad absolvendum moribundum in pluribus casibus, licet improbabilem à principis intrinsecis judicet opinionem.

7. Jam verò, si respondeas, neque extrinsece probabilis contrariam, post decretum Urbani VIII. Contra esse videretur: quia, ut in simili ait Vazquez 1. 2. disp. 62. cap. 4. num. 17. Si difficultatem ortum ex lege, & decreto, recentiores aliqui notant, & conati sunt eam dissolvere, non debemus existimare, illorum opinionem carere probabilitate, ut eam sequi non possimus. Quia cum hæc in præsentem reperiantur, & recentiores citaverint difficultatem ex decretis Clementis & Urbani VIII. subortam, poterit confessorius per principia extrinseca judicare probabilem opinionem pœnitentis Regularis, & consequenter juxta illam operari. Ergo tenebitur sub mortali, audita confessione illum absolvere. Nam, ut ex communi Doctorum sententia tradit Sanctius in Selectis, disp. 37. num. 1. in fine, quoties confessorius potest licite benevolentiam absolutionis impendere, ad illud exigendum pœnitente est opinio extrinsece probabilis cum jurisdictionem confessorii. Ergo si absolutionem impendat, faciet contra iustitiam, vel saltem contra charitatem: grave enim onus esset obligare pœnitentem ad sua crimina alteri detegenda. Igitur si probitas constitutiones Clementis, & Urbani VIII. sit adhuc extrinsece probabile, privilegium Cruciatæ prodesse Regularibus, tenebitur confessorius cum virtute pœnitentem absolvere, licet ejus opinio improbabilem, & fallam existimet, juxta superius dicta.

8. Nec obstat, quod opinio hæc minus tuta, minusque probabilis sit. Quia ut docuimus *tract. 1. de opin. probab. q. 5. per totam*, licet uti tiori, & probabiliori tel. etiam, minus tuta, minusque probabilis, dum probabilis sit, amplecti: pro qua plures ibi adduximus, & sexaginta auctores pro hac parte refert Bardi in *selectis*, lib. 1. *quæst. unica*. *Qui, inquit, consuevitque hominis intellectum rectè dispositum movere possunt: & idè non solum tuta, & probabile, verum etiam moraliter certam opinionem hanc reddunt, & probabilitatem oppositæ iramittunt, ut hodiè post talium Doctorum sensum, patrum probabilitatis involvat: imò pensatis rationibus, quas prædicti auctores adducunt, videtur ipsa sententia oppositæ constituta veluti in consilio improbabili. *Hic tenet P. Bardi. Ex his planè constat, huius quæstionis decisionem ad hunc cardinem devolvi, an post decretum Urbani VIII. sit saltem extrinsecè probabile, Bullam Cruciatæ prodeesse Regularibus quoad articulum eligendi confessorium? Sed quia plures opinioneshæc dè extant, eas obiter refert, fæteque iudicium, opus erit.

S. I.

Referuntur, & expenduntur opiniones pro Regularibus quoad electionem Confessarii virtute Cruciatæ.

1. Quatuor apud Doctores reperio. Prima assertit, Regulares virtute Cruciatæ, p. illa quolibet sacerdote ab Ordinario approbato absolvi à peccatis mortalibus non reservatis. Ita expressè post decretum Clementis VIII. Manuel Rodriguez in *sum. tom. 3. cap. 7. nu. 2. in fine*, dicens, sic iudicasse multos Doctores Salmanticenses, quibus confitetur Diana *cap. tract. de Bullæ, resol. 14*. Eandem sententiam post decretum Urbani defendunt F. Leander à Sacramento *tom. 1. tract. 5. disp. 12. q. 62*. & cum Ludovico à Cruce, Quintanaduennas ad *Penitentia Sacramentum, tract. 3. singula 8*. ubi ait: Plures doctissimos recentiores hanc partem indubitanter tueri, Barnabæ Gallego, Martinus de S. Joseph, Thomas Hurtado, & alii, apud D. Adam p. 1. *tract. 11. resol. 14. & p. 9. tract. 6. resol. 10. in fine & p. 11. tract. 6. Miscellan. resol. 38*. P. Elcobar in *Theolog. moral. lib. 7. Problem. 33. nu. 560*. & non parum faver P. Castro Palao *tom. 4. tract. 25. parit. 2. §. 3. dum ait per constitutionem Urbani VIII. id non prohiberi*, secus per Clem. VII. & Gregor. XIII. constitutiones. Quod aliis non placet, item Ludov. à Cruce, & Man. Rodriguez, quos citatos sequitur, & multis illustrat doctissimus P. Mendo *tom. in Bull. Cruciatæ disp. 24. cap. 18. & 19. & in appendice disp. 1. cap. 10. & in latera opin. mor. dissert. 14. q. 7*. Et quod possit eligere ex confessoris sui Ordinis, tradit Delgadillo de *Penitent. cap. 21. dub. 14*. Et plures ex scriptoribus id supponere ut certum, testatur Trullench in *expositione Bullæ*, lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 9. n. 25. per hæc verba: Hoc videtur certum postea constitutione Urbani, & Clementis VIII. posse Regulares eligere Confessarium ex approbatis etiam extra Religionem, si non habeant peccata reservata Sede Apostolica, ac suis superioribus, ut tenet Rodriguez, & supponunt Doctores citati: nam solum loquuntur de peccatis. Hanc opinionem late probat Quintanaduennas, contra Lugo ex præmio constitutionum Clementis, & Urbani VIII. quas supra retulimus.

Pars II.

10. Ad alia verò indulta, quæ adducit Lugo, ex Gregorio XIII. Clemente VIII. & Gregorio XV. in quibus Regularibus Societatis Jesu in speciali prohibetur, uti facultatibus Cruciatæ publicatæ, vel publicandæ, respondent Quintanaduennas *nu. 9. & P. Mendo in Bulla, disp. 24. cap. 9. nu. 213*. eodem modo explicanda, nimirum, quoad reservatorum absolutionem: non verò quoad alia. Quod non leviter suadetur ex eo, quod in 6. Congregatione Generali tantum prohibetur defendere, Bullam Cruciatæ prodesse nostris, quoad absolutionem à casibus reservatis. Addit verò Quintanaduennas *nu. 14*. *Præxim oppositam in nostra Societate credo esse, & huic standum planè cenfeo. *Ita ille, & ego, quia non est satis exploratum, quod possint uti Cruciatæ, quoad non reservatos, & oppositum docent cum Suarez, Palao *tom. 4. tract. 25. parit. 8. §. 3. num. 3*, & Cardin. de Lugo *disp. 20. sect. 9. an. 194*. Quorum sententiam verissimam esse ait M. Joannes Martinez de Prado *supr. q. 6. §. 2. & aliis omis* probatur: Quia Clemens VIII. in Motu edito pro omnibus Regularibus expressè inquit: *Sua mentis fuisse, quod Fratres, & Moniales quantum ad sacramentum Penitentia, & confessionis administrationem, dispositioni suorum Prælatorum subiecti sint*. Quam constitutionem Urbanus, inquit, leinovit, & ampliare. Illa autem universaliter interdictum usum Cruciatæ quoad absolutionem, si peccata sint reservata, si non: ut constat ex illius constitutione, in illis verbis, Quod Regulares; *quantum ad Sacramentum Penitentia, & confessionis administrationem, ordinaria Prælatorum suorum dispositioni subiecti sint. *Super quorum intelligentia testatur Cardinalis de Lugo *ubi supra* se contulisse illustrissimum D. M. A. Maraldum, à quo ex præscripto Urbani ea constitutio fuit constructa, disposita, & subscripta; & hunc sensum approbasse, & miratum fuisse, quod in alio hæc voces ab ullo intelligerentur. Non ergo admittenda quorundam expositio, qui ad reservata hæc Urbani verba limitant: licet etiam constitutionem Gregorii XV. in qua eis prohibetur: *Confessarium sibi eligere virtute Cruciatæ*.

11. Secunda opinio asserit, Regulares posse virtute Cruciatæ eligere Confessarium pro absolutione eorum reservatorum, quæ non Prælati Religionis, sed Pontifici reservantur. Ita novissimè Quintanaduennas *supra singula 26. numer. 3. & 4*. Probat ex Præmio Bullarum, quia Clemens VIII. ait, quod prædicti Religiosi prædictis facultatibus uti præsumebant in detrimentum Regularis disciplinae. Et Urbanus VIII. Nos præmissis, quantum nobis ex alto conceditur obviare, atque directioni consulere volentes, præfataque Clementis præcessoris nostri declarationi inhaerentes, &c. Ex quarum præmio constare videtur, Pontifices solum prohibere usum Cruciatæ, quantum ad illos casus, qui pro Regulari disciplina observanda, Prælati Regularibus reservantur. Igitur à reliquis casibus, qui in generali pro Christianæ vitæ reformatione reservantur, ut in tota Ecclesia à Papa, & in Diocesis ab Episcopis, rectè possunt utriusque sexus Regulares virtute Cruciatæ absolvi.

12. Verum hæc doctrina difficultate non vacat, quia Urbanus VIII. in suo decreto expressè declaravit, concessionem sanctæ Cruciatæ, quoad prædictum articulum eligendi Confessarium, & absolvendi à prædictis casibus reservatis, etiam in Bulla Cæne contentis, cum Regularibus locum non habere. Igitur non solum prohibet usum Cruciatæ, quoad casus Præ-

L1

latis

latis Religionis, sed etiam Summo Pontifici, probano Ecclesiae regimine, reservatos. Et ita supponit Trullench *supra*, & tenet Delgadillo de Poenitent. cap. 27. dub. 25. & expresse tradit P. Mendo in Bullam, disp. 24. cap. 19. num. 198. & mihi etiam placet, quia mens Urbani VIII. est, quod Regulares quoad reservata Sedi Apostolicae, eidem maneant subiecti, quin virtute Cruciatæ eximantur, ut constat ex verbis illis: *Nostre intentionis fuisse, & esse, quod Sedi Apostolicae quoad sibi reservata subiecti sint.* Ergo opinio Quintanaduenas sustinenda non est.

13. Tertia opinio asserit, Regulares posse eligere Confessarium pro reservatis suis Prælati, dummodo eligant ex Confessariis domus, illis nimirum, qui pro subditorum confessionibus sunt deputati. Ita post Clementem VIII. docuit ut probabile Villalobos in Sum. tract. 27. clausula 9. §. 2. n. 12. Ubi inquit, ita sentisse viros doctissimos Alphonsum Caricel, Antolinez Augustinianum, Cornejo Carmelitanum, & Hernandez de Campo Franciscanum, omnes primarios sacrae Theologiae Lectores in Academia Salamantina, & PP. Collegii Societatis Jesu ejusdem Civitatis. Putat etiam probabile Joannes de la Cruz lib. 1. cap. 9. dub. 12. asserens, ita judicasse Henriquez, Bannez, Vincentium, Lunam, & alios. Et hanc sententiam post decretum Urbani VIII. tenet novissimè Ludovicus de S. Juan, asserens, nonnullos ita docere, & putat probabilem Diana illum citans 4. p. tract. 4. resol. 43. & Leander à Sacram. disp. 12. quæst. 60, quia contrariam, quam sequitur, vocat multo probabilior, & non esse improbabilem dicit Thomas Hurtado Clericus Minor, tom. 2. tract. 9. cap. 12. licet plus contendere videatur, dum inquit: *Urbanum tantum prohibere, eligere Confessarium extra Religionem. * Et novissimè hanc sententiam referens, non improbat M. Joannes Martinez de Prado in Theolog. moral. cap. 6. q. 5. §. 6. Quod in hoc præcipue Authore, sufficiens signum approbationis est.

14. Hanc opinionem verbis, quæ sequuntur, probat Villalobos ubi *supra*. *Porque assilo concede la Santidad à todos los Christianos, que toman en la Bula, y no toman los fundamentos de la parte contraria. Porque al primero se responde, que los Sumos Pontifices no pueden atar las manos à sus sucesores, y así por las antiguas. Y vimos, que después de todas las antiguas, fue estillo en la religion aprovecharse de la Bula quanto a esto, hasta que vinieron los Breves de los Padres Dominicanos, y Carmelitas (nimirum constitutiones Pii V. & Clementis VIII.) a las quales responde esta opinion, que no derogaron esto, sino el poder elegir Confessor de fuera de la Religion, que abusuelva de los casos reservados, como consta de la relacion, que en ellas se pone al principio, entendiendola bien en aquellas palabras: Et illorum prætextu eligunt Confessorem aliquando, præter eos, qui à suis Prælati eorum confessionibus deputati sunt, quod aliquando in speciale eorum vergit detrimentum. Y así las entienden los Padres, que citamos por esta sententia, y viendo Bula nueva, sería esto mas llano, porque se respondería como a las antiguas. * Hæc Villalobos. In quibus duo expendenda sunt. Primò, vivente adhuc Clemente, putasse hunc Doctorem suam opinionem probabilem, propter fundamentum desumptum ex citato præmio constitutionis. Secundum, existimare, per novam concessionem Bullæ à novo Pontifice factam revocari omnia decreta, constitutiones, & declarationes à prædecesso-

ribus edita, quibus usus Cruciatæ pro absolutioe reservatorum Regularibus prohibetur.

15. Verum præfata opinio est omnino improbabilis. Primò, quia falso nititur fundamentum pro præmio illud, licet cum ea restrictione (namque præter eos, qui à suis Prælati eorum confessionibus deputati sunt) repetitur in Bulla Pii V. pro Dominicanis, & in Bulla postea adducit Manuel Rodriguez post explicationem Cruciatæ, & in Bulla postea Clementis VIII. pro Carmelitis Excalceatis: Similis autem restrictio non apponitur in processu Bullæ Clementis, postea editæ pro omnibus Regularibus mendicantibus, cuius hic tenore est: *Quod cum in Bulla Cruciatæ, & aliis privilegiis, datur facultas eligendi Confessarium idoneum ab Ordinario approbatum, quod sit à reservatis absolvi. Nonnulli prædicti facultatem præsumebant, in detrimentum eorum regulari disciplina. Quod ad verbum repetitur, & in novæ constitutionis Urbani VIII. Igitur illa opinio, ex processu constitutionis Clementis, nullum habet validum.*

16. Jam verò, quod nullam probabilitatem recipi possit, ex alio principio apud patrones Civitatis valde familiaris, nempe, per novam Bullæ concessionem à novo Pontifice, omnes antiquæ revocari, constabit planè ex infra dicendis, in impugnatione quartæ opinionis.

§. II.

Quarta, & laxior opinio pro Regularibus cum fundamentis proponitur.

17. Quarta opinio absoluit, & sine ulla restrictione asserit, posse Regulares virtute Cruciatæ etiam repugnantibus Prælati, eligere pro reservatis quemcumque Confessarium ab Ordinario approbatum. Sic ante Urbani VIII. decretum, docuerunt Joannes Valerius in differens, utriusque sententia Bullæ differens, 1. conclus. 5. Agidius Trullench in propositione Bullæ lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 9. in 1. editione, & pro se citat Clarum, & R. um de Mendoza, Ludovicum Lopez, & Sotum. Alphonsus Perez de Luna lib. de tribus gratiis, fol. 27. Sotus in 4. dist. 18. quæst. 4. ad 1. Ludovicus Lopez 2. p. in tract. cap. 8. §. 1. prætextu hic, fol. mihi 822. Freitas in Memoriali de his præmissis, & Sebastianus de Herrera Augustinianus in decisionibus moralibus, 9. per totam. Joannes de la Cruz lib. 1. de Reg. Religio, cap. 2. dub. 12. plures citans, Joannes Sanchez in Selectis, disp. 44. n. 10. & 13. Basilus Ponceus de Morim. lib. 5. cap. 20. n. 7. & præcipue lib. 3. cap. 19. §. 1. n. 13. & 14. & latius in manuscriptis de Poenitent. ubi hanc sententiam tenuit M. Bannez, Joannes Vincentium Lunam, & Antolinez. Et quondam etiam P. Thom. Sanchez in manuscriptis, ut constat ex his, quæ ex illo adducit Quintanaduenas in regul. tract. 4. singul. 7. num. 4. & ita declaravit Confessarius Cruciatæ Lusitanæ, die 7. Martii, ante declarationem de indulgentiis, quæst. 49. & pro aliis Regularibus deinde, dicit Manuel Rodriguez in explicatione Bullæ, §. 9. fol. 86. §. Lo sexto digo, & tom. 1. quæst. regul. quæst. 21. art. 8. fol. 215. & probabilem esse respon-

derunt multi Doctores Salmanticenses hac de re consulti, pro qua doctus Machado tom. 1. lib. 1. fol. 24. citat Candidum pro se adducentem Patrem Henriquez: sed hunc male, quia lib. 7. cap. 22. in Glof. litt. X. tantum dicit, hoc fieri ex consuetudine per superiores tolerata. Unde non pro omnibus Regularibus, sed in aliquibus Religionibus usum Cruciatæ à superioribus permittit concedit.

18. Denique post Urbani VIII. decretum prohibentis Regularibus usum Cruciatæ quoad reservata, prædictam sententiam non esse improbabilem, tradunt Ludovicus à Cruce in expositione Bullæ, disp. 1. cap. 1. dub. 12. n. 2. & Petrus de Leon, apud Dianam in addit. ad 3. p. resol. 9. & se non audere nota improbabilitatis inurere dicit Dianam p. 11. tract. 6. resol. 37. Et non carere probabilitate, si constructio Urbani VIII. non sit à subditis acceptata, inquit Trullench in 2. editione Bullæ Cruciatæ lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 9. n. 19. quem sequitur Thomas Hurtado tom. 2. resol. moral. tract. 9. cap. 5. n. 74. & probabilem putat M. Candidus, apud Dianam p. 8. tract. 7. resol. 78. & Leander à Sacramento tom. 1. tract. 5. disp. 12. quæst. 58. ubi ait. *De præfata Urbani Bulla fuisse eidem supplicatum per Commissarium Generalem de ordine, & mandato Regis Philippi Quarta. Quia, inquit, supplicatione posita, dum contrarium non constet de responsione Pontificis, non reuam concedere esse probabilem. *Cui facit doctrina M. Serra 1. 2. q. 95. art. 3. §. Nunc ergo, ubi ait, dum ab aliqua lege Pontificia supplicatur, interim eius obligatio suspenditur, & non peccat, qui illam non servat; legislator autem supplicatione, etiam si nil respondeat, sed taceat, censetur consentire, & legis obligationem tacite auferre. *Et absolute sequuntur Remigius in Sum. tract. 5. cap. 5. §. 2. n. 3. & iterum in novo appendice. Juniparus à Deprano de casibus reservatis, p. 3. disp. 7. q. 5. cap. 3. & sequentibus, ubi ex diversis Religionibus in confirmationem suæ sententiæ adducit subscriptionem quatuordecim Qualificatorum Tribunalis sanctæ inquisitionis Regni Siciliæ, M. Acatus de Valesco to. 1. resol. moral. verbo Bullæ, resol. 128. n. 15. in editione Valentina, anno 1656. ubi sic ait, *Todos los Regulares, licita y validamente pueden sin licencia de sus Prelados, en virtud de la Bula de la santa Cruzada, elegir siempre que quisieren Confesal aprobado por el Ordinario, el qual los pueda absolver de todos los casos reservados, aunque lo estén à sus Superiores, y al Papa, de la manera que los seglares. *Sic Illustri. Acatus. Quem sequitur ex eodem instituto Aristes alter M. Arauxo in decisionibus moral. tract. 1. q. 8. num. 28. fol. 51. & probabilem putat M. Joannes Martinez de Prado tom. 1. quæst. mor. cap. 6. de Bulla, quæst. 5. addens, pro hac sententia militare omnes Doctores supra citatos, & qui ante decretum Urbani post Clementem VIII. scripserunt: *Quia in substantia, inquit, idem decreverunt alii Pontifices, & præcipue Clemens XIII. cujus constitutionem innovat Urbanus. Unde quoad hoc, opinio, quæ illo tempore erat probabilis, modo eandem retinet probabilitatem. *Quibus adde Mag. Barnabam Gallego in Bullam Cruciatæ, capit. 12. clausula 12. fol. 178. Ubi post adducta Urbani VIII. decreti verba, concludit, *No obstante esto, en eviando nueva concessión de la Bula de otro Pontífice, sino declarar, que no es su intención, que les valga à los Religiosos, quanto à la absolución de los casos reservados à sus Prelados, parece, que el Religioso que tuviere la Bula, se podrá conformar, si quiere, con la opinión de los que di-

Part II.

zen, que pueden los Religiosos ser absueltos de los casos reservados à sus Prelados, teniendo la Bula de la santa Cruzada. *Denique hanc sententiam novissime multis tueretur M. Fr. Antonius Baco Augustinianus in Sum. Hispano idiomate causa Majorica, anno 1661. disp. 36. cap. 21. & probabilem putant Fr. Christophorus à Sancto Josepho tom. 1. recept. opin. 1. p. fol. 130. à nu. 7. & Ludovicus à Concept. tom. 2. exam. tract. 1. §. 2. verb. Bulla, illatione 1. n. 5.

19. Plura sunt, quæ ad illam firmandam congerunt citati Doctores, quæ videri possunt apud Trullench, Leandrum, & Lugo disp. 20. sect. 9. feligam præstantiora. Primò, quia Commissarius Cruciatæ, ex delegatione Pontificis, ante promulgationem Bullæ, singulis annis, absolute derogat omnibus privilegiis ejus expeditioni contrariis: talia autem sunt superioribus Religionum concessa à Clemente, & Urbano VIII. ne eorum subditi possint pro reservatis Confessarium eligere. Secundò, quia semel promulgata, & assumpta per Regulares Bulla Cruciatæ, non potest revocari privilegium in ea contentum eligendi Confessarium, nisi Pontifex jussit, unicuique restitui elemosinam contributam: nam cum sit privilegium concessum per modum contractus, non potest aliter revocari, ut docent Matienzus, Gregorius Lopez, & alii, quos sequuntur Thom. Sanchez de Matrimon lib. 9. disp. 33. num. 9. & 10. & cum Henriquez, Manuel Rodriguez, Bonacina, & Salas, Castro Palao tom. 1. tract. 3. disp. 2. punct. 21. §. 2. & Quintanaduennas tom. 1. singul. tract. 8. appendice ad Iubileum anni Sancti, singul. 14. num. 2.

20. Tertiò, quia prædicta Religionum privilegia, post Bullæ Cruciatæ promulgationem, quando singulis annis fit, non sunt ad instantiam Prælatorum per Papam revalidata, & post revalidationem, à superioribus subditis notificata, & per notificationem à subditis acceptata, quæ omnia ad eorum obligationem requiruntur, juxta opinionem Sori, & Medina, quos adducit Manuel Rodriguez in explanatione Bullæ, §. 9. n. 24. Quartò, quia ut supra diximus ex Villalobos, & tradit Trullench, loco citato, Pontifex solum declarat suam intentionem pro Bullis à se concedendis, & concessis: non verò pro concedendis à suis successoribus: ergo isti, saltem post novam Bullæ concessionem (quæ singulis sexennis fit) derogant intentioni, & declarationibus à prædecessoribus factis. Igitur mortuo Pontifice, qui suam intentionem declaravit, poterunt Regulares, virtute Cruciatæ à novo Pontifice concessæ, eligere Confessarium pro reservatis.

21. Et ita planè videtur sentire Diana in additionibus post 3. p. resol. 9. ubi postquam de verbo ad verbum retulit decretum Urbani, sic concludit: *Ex prædicta Bulla apparet, saltem dum vivit Urbanus, non posse Regulares virtute Bullæ Cruciatæ eligere Confessarium extra ordinem pro casibus reservatis. *Sentit igitur esse probabile, quod eo mortuo possint eligere. Et expressè ita sentiunt Trullench in 2. editione, lib. 1. cap. 7. & Candidus, apud Leandrum supra quæst. 61. ubi pro se adducit Henriquez, & alios, & ipse Leander consentire videtur; & aliquo modo faver Palao supra tr. 25. punct. 8. §. 3. num. 3. Quibus adde Joannem de la Cruz de statu Religioso, lib. 2. cap. 6. ubi postquam dub. 12. conclus. 1. prædixerat, in aliquibus Religionibus speciali Papæ concessione tantum esse, ne Religiosi utantur privilegiis eligendi Confessarium pro reservatis, si ne licentia suorum Prælatorum: conclus. 3. sic ait:

Ll 2

*Proba-

*Probabile est, prædicta privilegia suspendi per Bullas concessas ab aliis Pontificibus, & sic Religiosi sumendo Bullam Cruciatæ possunt eligere Confessorem, & absolvi à reservatis juxta tenorem ejus. Ita Henriquez, & Antolinez, & fertur tenuisse Bannez, Joannem Vincentium, Lunam, & alios. *Hæc M. Cruz cui consentit Gallego ubi supra, & cum Mag. Candido tom. 2. *disquis. 24. probabile putat Ludovicus à Concept. tom. 2. examinis veritatis, tract. 1. verb. Casus reservati, §. 3. num. 1.*

22. Quirò, quia verbis legis standum est, secundum interpretationem juris, etiam si legislator extra legem dicat, se aliter intellexisse, ut sentiunt P. Sa, verb. *Lex. n. 15. Bonacina tom. 2. disp. 1. de legibus, punct. 8. n. 1. Salas, Navarro, & alii. A Papa quidem Innocentio IV. declarante suam mentem à se antea factam, recessit Hostiensis, & cum eo alii Doctores, ut refert P. Sa supra; sed verba Bullæ Cruciatæ comprehendunt Regulares, quoad articulum eligendi Confessarium pro reservatis: ergo verbis Bullæ standum est, quantumvis Pontifex Bullam dixerit se aliter intellexisse.*

23. Sextò, quia Pontifex, quando vult, Regulares non comprehendit in aliquo indulto Cruciatæ; in ipsamet Bulla illos expressè excludit, ut cernere licet in indulto laiciorum tempore quadragesimæ, in quo excipit Regulares ante sexagesimum annum: sed in indulto eligendi Confessarium pro reservatis, non excipiuntur; ergo comprehenduntur: & patet consequentia: quia exceptio firmat regulam in contrarium. Nec obstat possunt declarationes Clementis, & Urbani VIII. in oppositum adductæ: istæ enim ad terrorem potius, quam ad revocationem privilegii Cruciatæ editæ videntur. Nam ad quid, inquirunt, tanto tam prolixoquæ decretorum, & Bullarum processu opus erat, quando unico tantum verbo Bullæ Cruciatæ inserto, poterat facillimè Pontifex ab indulto eligendi Confessarium Regulares excludere, sicut exclusit à laiciorum indulto? Hoc argumentum urget M. Martinez de Prado ubi supra tom. 1. cap. 6. §. 5. de Bulla n. 31. inde concludens. *Et suspicor, quod medium unicum & facile, ad tollendam probabilitatem oppositæ opinionis, esset, in summario Bullæ Hispanæ id exprimere. Et dum (Commisarii Cruciatæ) non expresserint, vel decipiunt Regulares in re gravissima, vel opinio est probabilis auctoritate, & ratione. *Sic ille.

S. III.

Bullam Cruciatæ Regularibus non prodesse, pro absolutione reservatorum, vera, & communis sententia est.

24. **H**anc tenent innumeri Theologi, vel ut satis dicam, exceptis pro contraria citatis, omnes, ut omnino eam defendunt. M. Martinus de Ledelina 2. p. 4. q. 9. artic. 2. conclus. 2. M. M. Joannes Gallus, Bartholomæus de Medina, & Petrus Bannez, quos refert Vivaldus de absolut. n. 25. M. Petrus de Ledelina de sacram. Poenit. cap. 13. conclus. 1. dub. 13. M. Joannes à S. Thoma in explicatione Doctrinae Christi 2. p. notat 2. p. casibus reservatis. Miranda tom. 2. Manual. Prælator. q. 34. art. 13. conclus. 2. citans Cordubam, Collectorem, & Passeritum, Portel tom. 2. Respons. casu 3. 4. & 5. & in Dubiis Regul. verb. citata, num. 1. Hieronymus Rodriguez resol. 3. num. 25. cum Em-

nuele Rodriguez tom. 3. addit. Sum. cap. 7. num. 4. Nicolaus Garcia de Beneficiis 2. p. 6. n. 64. Becchius, Coriolanus, & alii, apud Dianam 1. p. sum Dianam p. 11. r. 6. resol. 37. quos ipse, tum in aliis in locis sequitur.

25. Ex Authoribus Societatis omnes admodum P. Suarez de Relig. tom. 4. tract. 5. lib. 2. cap. 16. n. 3. Maldus in Praxi tom. 1. lib. 8. cap. 3. sect. 3. n. 37. Cuius Palao tom. 4. tract. 25. punct. 8. §. 2. n. 2. Lugo de Prædis. 20. sect. 9. à n. 133. usque ad 194. P. Bardi in Prædis. Bullæ Cruciatæ p. 1. tract. 2. cap. 5. sect. 2. P. Mendez in Bullam, disp. 24. cap. 12. & 13. usque ad 18. in appendice 14. cap. 9. & in statuta dissertat. 14. q. 6. Fragulosa tom. 2. lib. 2. disp. 7. n. 16. & 25. Escobar de Mendocia lib. 2. Problemate 32. n. 359. & alii, quos, nelecto laborem pariam, lubens omitto.

27. Hujus communis sententiæ fundamentum firmissimum est, ut potè innixum constitutioni Urbani VIII. quam anno 1630. ad omnes opprimere Regularibus funditus evertendas, in tota Declaratione publicari jussit, ex qua sic evidens conficitur argumentum. Regulares non possunt eligere Confessarium virtute Cruciatæ, nisi comprehendantur in clausula universali Bullæ: per quam omnibus Christi fidelibus hoc privilegium conceditur; sed Pontifex auctoritate Apostolica declarat, Regulares non comprehendit in tali clausula; ergo dum clausula aliis verbis non exprimitur, non potest ejus virtutes à reservatis absolvi. Major est evidentia à nemine dubitata. Minor probatur ex decreto vultissimo Urbani VIII. qui, ut optandi licentiam cohiberet, alta mente perpendens, quod mortuo Clemente VIII. qui aliorum Pontificum declarationes privatas, ad omnes Regulares extendat, præcedebant adhuc privilegium Cruciatæ quoad articulum eligendi Confessarium pro reservatis, ipsius privilegii auctoritate Apostolica, & plenitudine potestatis, constitutione perpetuo valitura, declaravit, concessionem sanctæ Cruciatæ, quantum ad prædictum articulum eligendi Confessarium, & absolviendi à rebus reservatis, cum Fratribus, & Monialibus quorumcumque Ordinum locum non habuisse, neque habere, neque illis ullo modo suffragari potuisse, neque posse.

27. Ex quibus per evidentem consequentiam convincitur aperta falsitas, tam opinio illæ, mortuo Clemente, per novam Bullæ concessionem, ejus declarationem abrogari, quam opinio detrahens, per novam Cruciatæ publicationem, revocari omnia privilegia, & declarationes ejus expeditæ contraria: qualia sunt Prælatorum Regularium, ut subditi virtute Bullæ absolvantur, ut potè in prædicta Regularium contributiones, & elemosinæ per Bullam Cruciatæ assumenda. Illatio, inquam, est evidens, quia auctoritate Apostolica regula infallibilis veritatis nobis constat, Bullam Cruciatæ non habuisse suffragatam Regularibus mortuo Clemente, nec per novam concessionem successoris, nec per novam Cruciatæ publicationem, fuisse revocatam declarationem prius à Clemente factam: quandoquidem, ante decretum Urbani innovantis constitutionem Clementis, jam præcesserat nova ab ipso Urbano Cruciatæ concessio, & publicatio. Imò & terminum Regularium Pontificum, qui post Clementem, Urbani præcesserunt, nempe Leo XI. Paul. V. & Gregor. XV. quorum nullus pro omnibus Religiosis prohibuit uñ Cruciatæ; & tamen Regularibus nullo modo suffragari potuisse, auctoritate Apostolica Urbani declaratione.

clarat: ergo præfatæ opiniones post decretum Urbani VIII. nullatenus sustineri possunt, sed tanquam omnino improbabiles rejiciendæ sunt.

28. Hæc si expendissent recentiores, nullus forsitan ausus fuisset asserere, Bullam Cruciatæ prodesse posse Regularibus, ne mortuo quidem Urbano, id enim planè convincit discursus à nobis factus. Quapropter eorum incuria (quorum syllabum ad hanc conclusionem erutendam, omnibus prælectis, protraxi. num. 18.) in præfatis decreti verbis, prout ad præteritum referuntur, expendendis, omnem recentiorum auctoritatem penitus elevavit, ita ut eorum opinioni nulla, neque extrinseca probabilitas subesse possit, quia nullus hucusque directè respondit citatis decreti verbis ad præteritum relatis, specialiterque adjunctis ad debellandas, funditusque everteudas omnes opiniones casus Regularium agentes, quoad abolitionem reservatorum. Hæc est communis opinio omnium timoratorum, & contrariam non esse securam dicit M. Joannes à S. Thom. *suprà*; & elle improbabile omnino dicit Mendoza, Frag. 1. 5. & alii locis citatis; & neque extrinsecè probabilem esse ait P. Mendoza. Et non videtur, quomodo jam opinio illa possit amplius sine graviore censura nota suscipi, inquit Lugo *suprà* n. 168. & non solum est manifestè falsam, sed non immerito à nonnullis temerariam ad minus censeri, dicit Bard. loco citato n. 59. ubi pro hac censura adducit Portelium tom. 3. *Respons. moral. casu* 50. nu. 17. & sexta Congregatio Generalis Societatis Jesu, decreto, 5. prohibuit, ne ullis ipsorum auderet, vel docere, vel in praxi contrariam sententiam tenere, quod & præceperunt Rever. P. P. Generales, & ab omnibus inviolabiliter observatur.

§. IV.

Ad versariorum fundamenta enervantur.

29. Ad primum respondeo Illustrissimum Commissarium Cruciatæ post decretum Urbani, non posse derogare privilegiis Prælatorum Regularium, ne subditi virtute Cruciatæ à reservatis absolvantur, nec posse aliter explicare, seu interpretari Cruciatam; quia hæc facultas expressè aufertur ab illo per Urbanum VIII. his verbis: *Sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, declarando irritum, & inane, si secus super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit attentari.*

30. Ad secundum juxta hæc facile responderetur, in falsa suppositione fundari. Nulli enim Regularium post assumptam Bullam Cruciatæ revocatur privilegium eligendi Confessarium pro reservatis; sed ex vi ejus constitutionis, tale privilegium nulli Regularium postea concessum fuit, in Bulla Cruciatæ. Præterquam quod constitutio Urbani non fuit revocatio alicujus privilegii concessi Regularibus per Cruciatam, sed quædam juridica declaratio prædictæ Bullæ, & indulti in ea contenti: ac proinde opus non fuit, quod elemosyna contributa singulis restitui juberetur. Nec quod modò assumentibus Bullam restitui jubeatur, ut à privilegio eligendi Confessarium pro reservatis, excludantur. Omitto, nonnullos sentire, privilegium onerosum revocari posse ex iusta causa, etiam non soluta compensatione. Vide Palao *suprà* tom. 4. tit. 25. punct. 8.

31. Ad tertium respondeo, revocationem privi-

Part. II.

legii nulla Regularium acceptione indigere, quia non versatur circa actiones subditorum, sed circa actionem legislatoris, declarando suam voluntatem in concessione privilegii, ut bene tradunt Palao *suprà*, & Garcia de Beneficiis 2. p. cap. 5. nu. 68. idè quod tantum requiritur, ejusmodi revocationem in Curia Romana publicari; & quod in notitiam privilegiati perveniat, ut docent Suarez de legibus, lib. 8. cap. 40. Vazquez, Azor, Tann. Poncius, Lorca, & hinc. Granada, Salas, & alii duodecim Doctores, quos citatos sequitur Diana 1. p. tract. 10. resol. 8. & pro nostro casu ita expressè decernit Urbanus in sua Bulla dicens: *Has litteras sic publicatas (nempe Romæ) omnes, & singulas personas, ubique existentes ita afficeret, ac si omnibus personaliter intimatæ essent.*

32. Ad quartum constat ex dictis, per constitutionem Urbani redditam fuisse improbabiles opiniones asserentes, per novam Bullæ confessionem, vel publicationem, revocari declarationes Pontificum antea factas circa clausulam eligendi Confessarium. Alias falso dixisset Urbanus, post novam ab ipso, & ab aliis Pontificibus concessionem, & publicationem mortuo Clemente factam, Bullam Cruciatæ Regularibus suffragari potuisse; & simulatè etiam dixisset, non sine animi molestia sibi innotuisse, Regulares prætextu ejusmodi opinionis uti facultatibus Cruciatæ.

33. Dices: antè constitutionem Urbani VIII. præcesserat constitutio Clementis VIII. declarans, Bullam Cruciatæ non prodesse Regularibus quoad articulum eligendi Confessarium pro reservatis, & tamen plures, & gravissimi Doctores *suprà* citati defendebant, posse eligi virtute Cruciatæ postea publicatæ, vel de novo ab eodem Pontifice concessæ, vel saltem ab ejus successoribus: sed eadem, quæ tunc fundamenta modò extant post decretum Urbani: ergo & eadem probabilitas extrinseca & intrinseca. Respondeo breviter Sum. Pontificem Urbanum VIII. non solum declarasse Bullam Cruciatæ non habere locum cum Regularibus, ut fecerat Clemens, sed negasse habuisse, nec suffragari potuisse post declarationem Clementis, sublata Commisarii facultate revocandi declarationem: Per quæ verba apertè declarat, prædictam opinionem fuisse falsam, omnique fundamento destitutam. Quod quidem satis expressèrat Clemens VIII. ni adversarii cæcitate vellent, appellans præsumptionem, & prætextum usum Cruciatæ, postquam alii sui prædecessores oppositum declaraverant. Et magis hoc urget quoad Religiosos Societatis, quia Gregor. XIII. declaravit, non esse, nec fore unquam mentis suæ, aut Sedis Apostolicæ, Cruciatam illis prodesse quoad prædictum articulum. Verbum enim illud *Sedis Apostolicæ* comprehendit Bullas à successoribus concedendas, ut bene expendunt Lugo, Mendoza, Leander, & alii, ni oppositum ab illis exprimitur.

34. Nec fundamentum quod adducit Leander, de supplica Urbano facta per Commissarium Generalem Cruciatæ, potest vim nostri discursus labefactare. Primo, quia de illa non constat authenticè, nec majus fundamentum habet, quam ipsum affirmare, ita accepisse ab Illustriss. Arauxo. Secundò, quia illa admissa propter auctoritatem tanti viri non suffragatur opinioni contrariæ, quia vel facta fuit, ut revocaretur decretum Urbani jam publicatum, & vim obligandi habens, quale de facto extitit ex communi consensu Theologorum, vel ut non publicaretur, & sic ejus vis obligandi impederetur? Et neutrum obtinuit Commissarius, ut ejus silentium comprobatur.

Li 3

alijs

aliàs revocationem, vel suspensionem decreti Urbani publicasset, ut Regulares, ad subsidium suis elemosynis ferendum bello, contra Ecclesiâ inimicos, exeretentur, & nullus in posterum ab usu Cruciatæ retraheretur.

35. Ad quintum respondeo, esse improbableem verbis legis standum, licet legislator extra legem dicat, se aliter intellexisse, si aliàs, ut in præsentem contingit, per aliam novam legem declaret priorem. Omitto opinionem illam in quocumque casu esse satis difficilem, quia, ut bene P. Suarez de legibus, lib. 6. cap. 1. n. 16. mens legislatoris utcumque sufficienter cognita est verbis legis præferenda anima enim legis, intentio legislatoris est, ut docent communiter Theologi, & jurisperiti.

36. Ad sextum, omittis solutionibus P. Suarez, Cardin. de Lugo, & P. Bardi *suprà* cap. 5. sect. 2. §. 3. nu. 35. fateor, me congruam rationem non invenire, cur Pontifex, cum id facilius esset, non exceperit expressè in Cruciatæ Regulares, quoad articulum eligendi Confessarium pro reservatis. Hoc tamen removere nos nequit ab opinione præfixa, nec quis cordatus aliud sentire potest, ni imprudenter, & temerè asserat, Pontificem fideles decipere in re gravissima ad mores & animarum salutem pertinente, dum Apostolica auctoritate declarat, Bullam Cruciatæ quoad prædictum articulum Regularibus suffragari non potuisse, nec posse. Hæc enim propositio, & declaratio à perniciosissimo mendacio excusari nequiret, si Bulla Cruciatæ Regularibus suffragari potuisset, & posset. Quis autem Catholicos talia proferre audebit?

37. Maneat igitur omnino certum, decreta, & constitutiones Sedis Apostolicæ circa clausulam Bullæ Cruciatæ, aliorumque indultorum in generali concedentium facultatem eligendi Confessarium pro reservatis, Regularibus nullo modo suffragari posse, ut sua constitutione perpetuo valitura Sedes Apostolica declaravit. Quapropter, si postea Pontifex intendisset, Regularibus concedere privilegium Cruciatæ quoad prædictum articulum, deberet illos exprimere, ut de ejus intentione sufficienter constare posset, & ita videmus exprimi in Jubilæo anni Sancti, quod singulis 25. annis, & jam frequentius ex aliqua urgentissima Ecclesiæ causa concedi solet (& Religionis omnibus, etiam Societatis suffragatur, ut bene notat Mendo *suprà* sect. 15. n. 170. quia in eo derogatur privilegio quibulvis Religionibus concessus.) Ex quo etiam planè colligitur, Pontificem non intendere Regulares comprehendere, dum eorum in specie non meminerit: quando enim aliud intendit, eorum expressam mentionem facit. Quibus non parum favet regula illa juris in 6. cap. 2. de pœnitentiis, & remissionibus. Sub clausula generali non comprehenduntur particularia, quæ non esset quis verosimiliter in specie concessurus.

38. Ex omnibus hucusque dictis concluditur, nullum Confessarium, etiam deputatum à Prælo pro subditorum confessionibus, posse absolvere Regularem exigentem virtute Cruciatæ absolutionem à reservatis. Quod si aliquis ejus virtute absolutus fuerit, tenebitur confessionem reservatorum iterare, ut potè quæ, saltem directè, in præcedenti, remissa non fuerunt. Nec audiendus Joannes Martinez de Prælo ubi *suprà*, dum nu. 28. ait: Dico tertio, propter prædictas Pontificum constitutiones, ego nulli Regulari consulere, quod uteretur Cruciatæ, quoad absolutionem à reservatis; tamen si defacto illa fuisset usus, non cogere confessiones repetere, quia illam

opinionem esse improbabilem penitus, non debet asserere. * Sed falso ut probavi. Et si non constet quia in eodem rom. i. cap. 1. de Conscientia, quod nu. 18. ex professo probat, & defendit per seipsum non licere sequi opinionem minus probabilem, & minus tam. Inconsequenter ergo modo asserit, licet penitenti opinionem non penitus improbabilem, & minus tutam amplexari.

39. Est tamen advertendum, quemcumque Confessarium, semel auditâ peccatorum confessione, teneri sub mortali quantum in se fuerit, impetratâ superiore facultate ad absolvendum (si aliam penitentiam non agere ferat alteri confiteri) nam cum Confessarius possit, obtenta facultate superiore, Regularem absolvere, grave illi onus imponitur, eligendo, ut alteri confiteatur. Advertendum etiam confessionem, nam aliter ad id non tenetur, nisi ea Religione, & cum eo Confessario, cui idem esse dicere, indigeo tibi confiteri, ac in reservatis locum in tali enim eventu, ex charitate saltem teneatur, quia eadem videretur militare ratio, ac si confessionem exceperit.

QVÆSTIO IX.

An Confessarius possit credere penitenti dicenti se habere licentiam à Superiore, ut à reservatis absolvatur

1. **C**asus curiosus, ejusque resolutio communi plausu recipienda, quia communis Doctorum sententia affirmativè respondet. In Abbas, Bonifacius, Stephanus, & Immoletus in Clement. 1. de Privilegiis. Henricus cap. Omnia de Penit. & remission. n. 25. Angelus verb. Confess. 3. n. 32. Sylvest. ibidem 1. q. 17. Armilla ver. Absolut. nu. 2. quos sequitur Thome Sanchez lib. 3. de Matrim. disp. 37. num. 1. & 2. & fundamentum est, quia penitenti in foro confessionis, pro se, & contra se credendum est, ut ex eodem Sanchez, Henriquez, & aliis docet Sanctius in 3. diff. disp. 7. numer. 1. & disp. 9. numer. 7. & patet etiam disp. 7. q. 31. juxta mentem D. Thomæ, & aliorum. Poterit igitur Confessarius credere Regularem, ut cuius alteri asserenti, habere à Superiore licentiam, ut absolvatur à reservatis; & consequenter absolutionem impertiri. Adde, auditis peccatis, auditâ mortali teneri, juxta dicta questione præcedentem, nam quoties Confessarius potest licitè absolutionem impendere, ad illam exigendam habet potestatem, ut alibi diximus ex communi Doctorum, qui sequitur Sanctius in Select. disp. 33. in fin.

2. Hanc doctrinam ego limitarem in Societate, si qua alia est Religio, in qua non sit in usu eorum subditis facultatem, ut pro libito eligant Confessarium pro reservatis. In his enim moraliter certum est, penitentem non habere licentiam à Superiore Religionis, sed opinioni Bullæ Cruciatæ reservatorum absolutionem exigere; quam quidem opinionem, Confessarius ex Pontificio decreto sciat, nec cum Confessarius ex Pontificio decreto sciat, nec lam adhuc ex principiis extrinsecis probabiliter habere, non poterit virtute Bullæ absolutionem impendere, sed tenebitur, ignorantiam penitentis, ut quantum possit, auferte, & declarare, se non posse